



Nr 27, 28. fehlt!

23

D. ALBERTVS HALLER

*Med. Anat. Chir. Bot. P. P. O. Consil. Aul. & Arch. Reg.*

*Senatus Supremi Reip. Bernensis Ducentumvir*

*Socc. Regg. Angl. & Suec. Soc.*

*Ordinis Medici h. t. Decanus.*

AD

VIRI DOCTISSIMI

IOHANNIS HENRICI ZOPFII

IN AVGVRALEM MEDICAM DISPVTATIONEM

DE  
CACHEXIA ICTERIC A

INVITAT

ALLIIQVE GENVS DESCRIBERE

PER GIT.



GOTTINGAE

APVD A. VANDENHOECK, ACAD. TYPOGR.

D. ALBERTUS HALLEER

her senz o hys vys vys

*Quigley's History of the United States*

WILHELM F. A. JORDAN WILHELM

JOHANNES HENRICI ZOPFEL

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY SYSTEM

## XX.

**A**ltera Alliorum classis staminibus simplicibus est, quam proprio nomine Moly separarem, ut nominum subvenirem incommodae longitudini, si sineret faciei consensus, qui inter praecedentem, & eam, quae nunc sequetur, plantam summus est. Addo consensum faciei inter alias etiam plantas hujus secundi ordinis cum primo tantum esse, v.g. inter allia capite bulbifero primi, & secundi ordinis, ut eo lubentius conjunctas relinquam.

## XXI.

ALLIORVM ORDO II.  
STAMINIBVS OMNIBVS SIMPLICIBVS  
I. UMBELLA NON BULBIFERA.

II. ALLIUM staminibus simplicibus, caule medio ventricoso.

Radix tunicata, hinc convexa, inde compressa.

Scapus pedalis, in medio ventricosus, & pro portione latior quam n. 10.

Folia fistulosa, scapo parum breviora.

Vagina unica, lata, brevisque. Capitulum sphaericum, uti priori, sed minus.

Flores numerosi, in petiolis semuncialibus. Petala, ut in priori specie, exteriora tria breviora, interiora longiora, alba omnia, linea virente distincta.

Stamina sex separata, latiusculis unguibus, se contingentibus. Fructus subrotundus, triglobulus. Semina nigra angulosa.

Odor idem, qui priori.

a 2

UTI-

## UTILITAS.

Usus cum priori promiscuus est, folia tamen hujus etiam in usum trahuntur, cum prioris bulbi unice in culinam recipientur.

## TYNCNYMA.

*Caepe s. cepa longa* I. B. cum priori.

*Cepa oblonga* GESNER hort. p. 252. b. CAESALP. L. X. c. 2.  
SCHWENKFFELD. p. 256. c. B. Phyt. p. 100. PIN. MORIS. hist. ox. II.  
p. 384. I. R. H. Elem. de bot. BOERH. II. p. 144. BOEGLER Cynos.  
contin. p. 16. MILLER diction.

*Cepa longa* WEINMANN T. 349. b.

*Cepa scapo longitudine foliorum, foliis ventricosis radice oblonga* CLIFF.  
p. 156. ROYEN. p. 43.

## OBSERVATIO.

Cum scapo ventricoso priori simillima sit, et si staminibus simplicibus differat, adparet, genus ex flore, staminibusque coalitis, constitui non posse, cum alioquin simillimas plantas oporteret divellere. Deinde ex eadem ratione nec Allia staminibus simplicibus ab aliis staminibus trifidis, absque vi naturae illata, separari posse.

## XXII.

12. ALLIVM staminibus simplicibus, foliis radicibus teretibus, scapi longitudine.

Bulbi compressi, longi, elliptici, planis rectilineis, adunati, ut findi queant. Radiculae nutritiae de more.

Scapi fistulosi illi cepacei: palmares; pedales.

Folia scapo aequalia, similia.

Vagina brevis fissilis, alba, lineis purpureis.

Capitulum umbellatum.

Flores eructi, petalis fere connivent.

Petala

Petala ovato lanceolata, dilute purpurea, linea satu-  
ratori divisa, duorum de more ordinum, basi coalita.

Stamina ab origine petalorum, & cum ipsis, & inter se  
connatis, latis unguibus.

Fruetus ex tribus valvis rotundis congestus, conicus,  
obtusus.

Semina nigra, angulosa.

Odor vehemens.

### LOCVS NATALIS.

GESNERUS in petris circa *Lauffenburg* in ripis Rheni  
invenit: ego passim in alpinis v. g. in M. *Waach*, in val-  
lecula, cui nomen der *Kessel* inter M. *Neunnenen* & bal-  
neum *Weissenburgense*. Adeo in nonnullis pascuis fre-  
quens est, ut lactis etiam, & butyri saporem corrum-  
pat. SCHEUCHZERUS in M. *Joch* & circa lacum *Engstlanum*,  
si hanc, ut omnino persuadeor, intelligit. CL. EHRHARD  
in M. *Grunta* Tyroliae vallis. Im *Aupen* und *Mummel-*  
*grande SCHWENKFELD* & ad lacum majorem. THA-  
LIUS locis maxime sylvestribus circa *Gerenrodam* indicat,  
quae montosa sunt, sed humiliora. Alpina adeo planta.

### UTILITAS.

In fissili cepa acidum & alcalescens sal, etiam concretus,  
& oleum est. Usus radicum sub *Cepularum* nomine, & folio-  
rum ad excitandum ciborum desiderium notissimus est.

### SYNONYMA.

*Ciboules* C. STEPH. de re hort. p. 96.

*Cepae primum genus* RUELL. L. II. c. 84. p. 527.

*Bryfflauch* TRAG. Germ. II. p. XLIX. b

*Porrum sectivm* EIUSD. Lat. p. 742. FUCHS. p. 635. bene.

GESNER hort. Germ. p. 273 b. LONICER p. CCLXXII. 1. B. BOLL.  
p. 164. CHABR. p. 200.

*Porrum sectivum sylvestre* GESNER tab. coll. p. 98 b. Hort. Germ.  
p. 273. b.

*Cepa sectilis* MATTH. p. 554. Epit. p. 325. ex Mathiolo, TABERN. Germ. II. p. 191. IC. p. 486. CAMER. Germ. p. 170. LUGD. p. 1538. c. B. Phytop. p. 190. PIN. p. 72. in Matth. p. 419. SCHOL. BOT. p. 265.

*Schoenoprasum* DODON pempt. p. 689. IC. vet. II. p. 190. LOBEL adv. p. 58. obs. p. 79. IC. p. 154. icon nimis magna.

*Porrum alterum* c. B. Phytop. p. 104. denuo.

*Porrum sectivum juncifolium* c. B. PIN. 10 NQ. p. 103. MORIS hort. blef. p. 165. WELSCH bas. bot. p. 177. COMM. hort. Amft. p. 287. MAPP. hort. Argent. p. 111. RUDBEK Camp. Elysf. II. p. 143. SUTHERLAND hort. Edimb. p. 278. RUFF. flor. IEN. p. 155.

*Cepa sectilis juncifolia perennis* MORIS hift. univ. II. p. 333. sect. IV. T. 14. f. 4. T. elem. de bot. p. 334. J. R. H. HERMAN H. L. B. p. 134. flor. Lugd. p. 125. BOERH. II. p. 144. VOLC. flor. p. 95. TILLI h. pif. p. 37. LIND. T. alsat. p. 69. RAND hort. Chels. p. 47. MILLER dictio. CRAMER Tent. p. 40.

*Porrum junceum sylvestre* THAL p. 89.

*Porrum sectivum fuchsii* LUGD. p. 1541.

*Porrum tonsile* f. sectile CAMER. hort. p. 131.

*Porrum sectile* MATTH. Camer. p. 169. ZWING. p. 424.

*Maligiae* CAESAL. P. L. X. c. 3.

*Porrum sectivum* & *schoenoprasum* quibusdam i. B. II. p. 653. RAL. hift. II. p. 1117.

*Porrum tonsile* PILLET. p. 317.

*Porrum juncifolium* MENZEL. ind. multil. p. 249.

*Porrum junceum* MUNTING. oeffen. p. 243. NYLANDTS nederl. kruyt-boek. p. 316.

*Cepa sectilis juncifolia* WALTH. cat. hort. p. 63. WEINMANN T. 349. c.

II. *Porrum alpinum* SCHWENKFELD p. 166.

*Cepa alpina palustris tenuifolia* I. R. H. Elem. de bot. BOERH. II. p. 144. Enum. plant. helv. p. 297.

Allium

*Allium montanum sphaerocephalon purpureum* SCHEUCHZ. It. I. p. 24. T. 3. f. 2. hic potius refero ob locum natalem, flores amplos.

*Cepa scapo longitudine figuraque foliorum foliis subulatis filiformibus spathis globoſis* CLIFF. P. 136. ROYEN. p. 40.

β An vere differt, aliter quam statuta, *Cepa scelaris major perennis* MILLER.

*Cepa scelaris* MATTH. p. 555. Epit. p. 326. CAMER. p. 170 b. LUGDUN. p. 1535. C. B. Phytop. p. 100. Pin. Matth. p. 420. MILLER. SCHOL. BOT. p. 265. ELEM. DE BOT. p. 304. I. R. H. BOER H. RAND. TILLI GEOFROI Mat. Med. III. p. 284. LIND. T. alsat. p. 69.

Separant certe multi recentiorum, ut TOURNEFORTIUS, BOERHAAVIUS, MILLERUS. Sed descriptionem specificam exspectamus, cum nobis radicum foliorum habitusque consensus evidentissimus videatur.

### OBSERVATIO.

Cepam Ascalonicam, quae hujus generis est, omitto, cum nunquam florentem viderim, neque facile in Europa florem ostendat.

### XXIII.

13. Huc referendum videtur *Allium aquaticum* C. E. Pin. RUPP. p. 154. lectum prope Misenam.

*Allium fluviale in sabulo ad Albim fluvium* FRANC. hort. Lusat.

*Cepa palustris altissima* BUXBAUM cent. plant. rar. III. T. 45. in Ingriae pratis.

Verum de planta non visa nihil definio.

Bulbosam parvam radicem: folium ad radicem unicum, teres; flores albopurpleos striatos, vaginam purpuream, facit BUXBAUMIUS: Ut inter cepam juncifoliam Alliumque Narcissi folio media videatur.

### XXIII.

§. XXIII.

14. ALLIUM foliis teretibus caulinis, floribus umbellatis.

Radix ex bulbo uno, vel duobus, hinc convexis, inde planis, sibi contiguis.

Folia capillacea. Scapus semipedalis. Vagina brevis. Umbella rara.

Flores majusculi, petalis ad tres lineas longis, lanceolatis, obscure albentibus, linea fusca divisis, odore pergrato, Zibethi

Stamina sex, libera, ex ortu petalorum.

Fructus pyramidalis. Tuba floris longitudine,

LOCUS NATALIS.

A la Colombie MAGNOL. In collibus agri Nitiobrigum LOB. C. B. circa Monspelium. Passim in Provincia sua GARIDEL. Adeoque sub 43 fere gradu nascitur.

SYNONYMA.

*Allium sylvestre* perpusillum juncifolium moschatum LOBEL. adv. alt. p. 501. I. B. II. p. 565. MORIS. II. p. 386. T. 14. f. 6. GARIDEL. p. 17. I. R. H.

*Moly juncifolium* odore Zibethi de BRY T. 145.

*Moly moschatum* capillaceo folio C. B. Prodri. p. 28. cum ic. RAI. bist. p. 1119.

*Moly Moscharinum* vel *Zibettinum* Monspeliense PARKINS Paradi.

p. 143.  
*Allium sylvestre* f. *moly* *moschatum* *capillaceo* *folio* MAGNOL. bot. p. 11.

§. XXV.

15. ALLIUM foliis radicalibus subhirsutis, caulinis glabris, floribus umbellatis.

Radix

Radix bulbosa, simplex, exigua, cortice nigro.  
Scapus pedalis, cubitalis.

Folia spithamalia, linearum diurum latitudine. Quae  
ad terram reflexa ea subhirsuta sunt, ad caulem vero gla-  
bra, carinata RAIUS.

Vagina brevis.

Flores in longis, sparsis, rarisque petiolis, petalis a-  
cuminatis, albis, fere Allio Ursino similes.

Filamenta lata simplicia.

Odor Allii.

### LOCVS NATALIS.

Circa Gades CLUSIUS. CAMERARIUS a Neapoli versus  
Puteolos, & Romae versus Neapolim eundo. Juxta sepes prope  
Frontignan, qua itur versus Baleruc MAGNOL. Circa Maurer,  
Brignon, Beauregard GARIDEL. In Africa SHAW. Adeo-  
que a. 43. gr. ad 35.

### S Y N O N Y M A.

*Moly* MATTH. p. 140. absque icono. CAMER. Epit. p. 498. LUGD.  
p. 1592. LAUREM. appar. p. 90.

*Moly angustifolium* DODON. p. 685.

*Moly dioscoridis* CLUS. hisp. p. 256. 257. hift. p. 192.

*Moly dioscorideum putatum* LOBEL. ic. p. 160. eadem icon.

An *Ampeloprasum* CAESALP. p. 407.

*Moly I.* DURANTE p. 298.

*Moly Diocoridis floribus albis* C. A. M. hort. p. 102.

*Moly minimum flor. albo* de BRY T. 107. SWEERT. T. 60. ead. icon.

*Moly dioscoridis parvum quibusdam* I. B. ll. p. 568. cum char. RAI.  
hift. p. 1123.

*Moly minus* C. B. Phytop. p. 108.

*Moly angustifolium umbellatum* c. B. Pin.

*Moly montanum angustifolium* PASSAEI ic.

b

*Moly*

*Moly angustifolium umbellatum album* MORISON. II. p. 393. T. 16.  
f. 7.

*Allium sylvestre s. moly angustifolium umbellatum* MAGNOL. bot.  
monsp. p. 9. & omilla voce *sylvestre* in hort. p. 9.

*Allium angustifolium umbellatum flore albo* I. R. H. GARIDEL. p. 17.  
BOECLER. cont. II. p. 18.

*Allium foliis lanceolato linearibus florum umbella fastigiata* ROYEN.  
prod. flor. Leid. p. 39.

### §. XXVI.

16. ALLIUM radice senescente lignosa transversa, um-  
bella erecta EN V M HELV. p. 297.

Radix primum bulbosa, bulbis dense stipatis, gra-  
cilibus, squamosis, quorum multi communibus obdu-  
cuntur vaginis: sed annosior radix ad latus producitur,  
lignosa, transversa, & innumeris fibrillas dimitit.

Folia tantum ex radice, palmaria, lincas lata duas, ob-  
tusa, succulenta.

Vagina in duas fissilis, brevis, conica, absque cauda.

Flores in umbellam potius, quam in capitulum, petio-  
lis fortibus, virentibus, erectis.

Flos magnus, petalis ad tres & ultra lineas longis, sua-  
ve purpureis, media linea tinctiori.

Stamina radici petalorum breviter cohaerent, ut ta-  
men continua possint separari, in triangulum disposita,  
aequalia, apicibus gracilibus. Petala exteriora magis ca-  
va, hinc breviora.

Fructus purpureus, ex tribus ovatis obtusis, cylin-  
dris conjunctus.

Tuba acuta, toto fructu longior.

Odor Alliatus.

LOCUS

## LOCUS NATALIS.

MAGNOL in monte Serane. In Sicilia CUPANUS,  
 C. GESNERUS *Badae* in faxis collium. IOHANNES GESNERUS in ipfa diruta arce. *Burmii* idem CONRADVS CUM I. B.  
 qui & in M. Payer ait nasci. SCHEUCHZER in alta Rhaetia  
 & ruderibus faxofisvallis Praegalliae. CLUSIUS in Leytensberg supra Manderstorf. RUPPIUS auf der Wellmese, ubi  
 ipse etiam legi, tum auf dem haus-Fuchs- und Kunizerberg.  
 Ego denique in M. alten Stolberg frequenter nascens decerpfi  
 hortoque inserui. Nascitur adeo a. 37 gradu ad 51.

## SYNONYMI A.

- Allium montanum ophioscorodon* dixeris GESN. hort. p. 245 b.  
*Allium montanum radice oblonga* GESN. tab. coll. p. 57.  
*Porrum petraeum* GESNER hort. p. 273 b. I. B. BOLL. p. 164.  
*Allium s. moly Narcissinis foliis ll.* CLUS. Pann. p. 221, 222. hift.  
 p. 196. cum radice, quam obseruat ramosam fieri & obliquam.  
*Moly foliis Narcissi* LOBEL. obs. p. 82. non bene, ic. p. 160. LUGD.  
 p. 1593.  
*Porrum sylvestre* ll. TAB. Germ. ll. p. 190.  
*Porrum sylvestre* I. EI USD. ic. p. 485.  
*Allium faxatile* CAMER. hort. p. 10. JUNGERM. altd.  
*Allium petraeum umbelliferum* I. B. ll. p. 564. (cum bona icono).  
 MAGNOL. bot. monsp. app. p. 289. RAI. syllag. exter. p. 55. (bis), hift.  
 p. 1120.  
*Allium sylvestre petraeum umbelliferum floribus numerosis purpureis*  
 CHABR. p. 203. (in descriptione, icon vero hoc pertinet Allii  
 sphaerocephali bifolii Italici) CUPAN hort. Cathol. p. 5.  
*Allium montanum foliis Narcissi minus* c. B. PHYTOP. p. 105. PIN.  
 MORIS. ll. p. 388. T. 15. f. 14. HERMAN. H. L. B. p. 15. flor. p. 126.  
 SCHOL. BOT. p. 266. MENZEL. ind. multil. p. 14. I. R. H. RUDBEK.  
 p. 188. cum icono, BOERH. ll. p. 145. CRAMER tent. p. 141.  
 a) ZWINGER p. 430. RAND. hort. Chels. p. 9.

*Allium*

a) Cur umbellam pendulam facit? quae erecta est.

b 2

*Allium montanum bicornē latifolium flore magno dilute purpureo* BURSERI ap. RUDBEK p. 160. huic proprius videtur.

*Moly narcissinis foliis* PARKINS. theatr. p. 142.

*Moly montanum foliis narcissi* LUPP. p. 152.

*Allium saxatile Acorifolio flore purpureo* BARRELLIER IC. 1022.  
BOCCONE Mus. di Piante p. 84. T. 79. omnino ob radicem transversam: tum in I. R. H.

$\beta$  Folii angustioribus floribus dilutioribus TOURN. ex CLUSIO & CRAMER.

$\gamma$  Flore albo.

*Allium pratense flore gramineo flore albo oblonga radice* RUDBEK. p. 159. ex BURSERO.

## XXVII.

### II. ALLIUM . . .

Radix porri, cum adnato tamen transverso tubere lignoso (in iconē I. B.) Folia cubito longiora, in origine triquetra, inde conpressiora:

Vagina brevis bifolia.

Umbellam cum allio ursino comparat I. BAUHINUS, sed flore purpurascente ait esse.

### LOCUS NATALIS.

CLUS. in Leytensperg supra Manderstorf I. B. in udis pratis Genevae ultra fl. Arve. Halae SCHEFFER & KNAUT & BUXBAUM. in pratis udis bey Paffendorf. MENZEL Ingolstadii ad dumorum margines circa turrim rubram.

### SYNONYMA.

*Allium f. Moly Narcissinis foliis* I. CLUS. Pann. p. 220. 221. hifl. p. 195. ALE. MENZEL p. 84.

*Allium*

*Allium umbelliferum pratense* L. B. II. p. 564. SCHEFFER del. hall.  
KNAUT Hal. p. 70. RAI. syll. stirp. ext. p. 55. hist. p. 1120. BUX-  
BAUM plant. circa Hal. p. 15. REHFELD p. 66.

*Allium pratense angustifolium* BURSER ap. RUDBEK p. 159.

*Allium montanum* foliis narcissi majus C. E. Phytop. p. 105. Pin.  
TONQ. p. 6. MORIS hort. Bles. p. 8. hist. univ. II. p. 388. SCHOL-  
BOT. p. 266. MENZEL ind. p. 14. HERM. h. l. bat. p. 15. flor. p. 126.  
I. R. H. & Elem. de bot. RUDBEK II. p. 157. BOERH. II. p. 145. CRA-  
MER Tent. p. 41. ZWING. p. 430. RAND. hort. Chelf. p. 9. TILLI  
hort. Pis. p. 6.

*Allium* foliis linearibus florum umbella subglobosa ROYEN flor. Leid.  
Prod. p. 39.

*Allium radice bulbosa, foliis gramineis, umbella erecta bulbifera, va-*  
*ginis brevissimis* Enum. plant. Helv.

β Varietas foliis mollioribus & floribus dilutioribus  
I. R. H. EX CLUSIO, & KRAMER.

### OBSERVATIO.

A priori minime aliter differre credo, quam altiori  
statura, quam loco natali debet: nimis enim radix pec-  
uliaris fabricae, & umbella, & totus habitus confen-  
tiunt. Dudum eadem suspicio fuit RAI. in hisp. plant.  
L. C.

### XXVIII.

#### III. ALLIUM . . .

Pleraque similia habet.

Flores quadruplo minores, sesquilineam ad summum  
longi, in simili umbella.

M. Gagnebin circa Basileam, ut credo, lectam misit.  
Monspelii in horto Dei c. B.

b. 3. imp. ex. 1. NO.

## NOMINA.

*Scorodopraso alterum LOB. obs.* Ob longum bulbum & umbellam  
huc refero.

*Allii genus forte scorodopraso alterum LOB. i. e. II. p. 564. CHABR.  
p. 203. R. A. I. bift. p. 1121.*

*Allium montanum radice oblonga c. B. Prodri. p. 27. Pin. MENZEL  
ind. multil. p. 14. R. A. I. syll. stirp. ext. p. 56. bift. p. 1121. MAGNOL.  
Char. p. 184. I. R. H. floribus pallide purpureis CRAMER.*

*Et Allium sphaericum capite folio angustiore c. B. Bas. p. 21. & Pin.  
ex LOBELIO, MENZEL ind. p. 14. I. R. H. TILL. p. 6. a)*

*Allium sphaericum minus c. B. Phytop. p. 104.*

*Allium montanum foliis narcissi minimum RUDBEK p. 138.*

*an Allium minimum foliis subtilissimis FUIREN ap. BARTHOLINUM  
in cift. med. p. 288. in Gothlandia lectum.*

*Allium pratense radice Iris flore purpurascente ZANICHELL. ic.  
273. n. 1. p. 7. Omnino: flore autem dicitur parvo esse.*

## OBSERVATIO.

Satis certum videtur ab Allio 14 non differre plantam  
c. B. & ZANICHELLII. De LOBELIANA idem probabile est.

Allium montanum minus c. B. non crediderim differre.

Absoluto hoc labore supereft, ut de doctissimo viro  
agam, cuius indicanda est solennis disputatio. Vitam  
ante actam his verbis ipse recentuit.

EGO  
IOANNES HENRICVS ZOPFF  
*Greitz-a-Varifcus*

Natus sum die. XIX sept. A. O. R. MDCCXXIV. Patrem vene-  
ror HENR. GODOFREDVM ZOPFIVM Med. Lic. Illustriss.  
Ruthen. Comitis HENRICI TERTII Consiliarium & Archia-  
trum, acad. nat. cur. collegam, Matrem IOANNAM GER-  
TRU.

a) Non vero RUDBEKI, qui cum hoc nomine allium sativum habes.

TRUDAM, Viri olim Summe Reverendi GEORGII RICHTERI antistitis apud Officienses, filiam, germanam Illustris RICHTERI Consiliarii Aulici Archiatri Regii & Med. Prof. Primarii in Georgia Augusta sororem. Optimis hisce Parentibus nil curae cordique fuit, quam ut a teneris statim pietatis, atque bonarum artium fundamentis imbuerer. Tradiderunt me hunc in finem variis tam publicis quam privatis praceptoribus, donec aptus viderer, qui ad academiam proficserer. Lipsia primum studiorum meorum academicorum mater fuit, inter cuius cives me beatissime Avunculus GE. FRID. RICHTERVS tunc temporis Rector Ao. 1734. die 15. Octobr. retulit. Cum in hanc musarum sedem accessisssem, adii celeberrimorum Professorum auditoria, nempe Cl. GOTTSCHEDII universam philosophiam, MAII philosophiam moralem praelegentem. Exercitia etiam disputationis sub celeberrimo ERNESTIO habui. Medicinam quod attinet, more beatissimi avunculi causa fuit, ut Lipsiae non nisi primas theoreticas scientias, Anatomen scilicet atque botanicam tractarem, praeeunte Clar. LUDWIGIO optimo Praeceptore. Interim tamen nec Celeberrimi HEBENSTREITII demonstrationibus anatomicis defui. Sed Illustr. RICHTERI honoratissimi Avunculi benevolentia, atque celeberrimorum Professorum fama Goettingam me vocavit. Innumera sane hic laudanda essent ILLUSTRIS AVUNCULI in me collata beneficia, inter quae hoc primo loco nominandum esse videtur, quod plerasque medicinae partes, Pathologiam, materia medica, praecerta diaetatica artem formulas concinnandi & disputandi, Praxin denique Boerhaavianam ex ipsis ore haurire licuerit. Nec minus diligenter interfui praelectionibus physiologicis atque chirurgicis, ut & demonstrationibus anatomicis atque botanicis Illustris HALLERI. Chemiam atque Mathesin Celeb. SEGNERUS me docuit, physicam denique experimentalem Magnificus HOLLMANNUS.

His institutionibus ita usus est nobilissimus Candidatus, ut die XXIV. Augusti examine, ut vocant, cum magna laude sua, nostraque laetitia sit defunctus. Quid enim

enim magis volupe hominibus sit, quibus Juvenum docendorum commissa cura est, quam certa confidentia, eglise sua praecepta radices aliquas in discentium animis, ex quibus fructus olim Patriae civibusque sperent? Ergolubenter ad ultima pericula admisimus Doctissimum ZOPFIUM, qui cras die II. Septembris PRAESIDE ILL. RICHTERO *de Cachexia Iterica* disputabit, post lectionem curforiam de secretione animali. Ad hanc solennitatem officiose in-vito MAGNIFICUM ACADEMIAE PRORECTORREM, PROFESSORES ILLVSTRES ET CELEBERRIMOS, SENATVM VRBANVM, ET COMMILITONES OPTATISSIMOS. Dedi, in ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA, sigillumque ordinis subjeci, d. i. Septembr. MDCCXXXV.



00 A 6281

ULB Halle  
002 828 12X

3



50

Rath ✓



B.I.G.

# Farbkarte #13

|         |
|---------|
| Black   |
| 3/Color |
| White   |
| Magenta |
| Red     |
| Yellow  |
| Green   |
| Cyan    |
| Blue    |

|             |
|-------------|
| 8           |
| 7           |
| 6           |
| 5           |
| 4           |
| 3           |
| 2           |
| 1           |
| 0           |
| Inches      |
| 1           |
| 2           |
| 3           |
| 4           |
| 5           |
| 6           |
| 7           |
| 8           |
| 9           |
| 10          |
| 11          |
| 12          |
| 13          |
| 14          |
| 15          |
| 16          |
| 17          |
| 18          |
| 19          |
| Centimetres |

R T V S H A L L E R

. P. P. O. Consil. Aul. & Arch. Reg.  
imi Reip. Bernensis Ducentumvir  
Regg. Angl. & Suec. Soc.  
is Medici b. t. Decanus.

AD

RI DOCTISSIMI

S HENRICI ZOPFII

M MEDICAM DISPVTATIONEM

DE  
XIA ICTERICA

INVITAT

VE GENVS DESCRIBERE

PERGIT.



O T T I N G A E

DENHOECK, ACAD. TYPOGR.